



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Historia Missionis Anglicanæ Societatis Iesv**

**More, Henry**

**Avdomari, 1660**

Thomae Hunt vita & mors pia. n. 29.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38320**

1602.

Anno 95.

rit dicemus. Cum verò inter lex & triginta illa capita acculationis nulla facta sit ab æmulis mentio de Elizabetha Regina de medio tollenda *Holto* consentiente & prouocante coniuratos, (quod *Camdenus* memorat) signum est frigidam fuisse ieiunamque calumniam, quam ipse *Camdenus* evertit, quando imperitè narrat, *sacrâ Hostiâ osculatâ*, quod nullibi moris est, *iuratum esse pecuniam representandam statim cade peractâ*: & ingenuè fateatur *ijs temporibus tam insignem fuisse hominum nequitiam, vt inter se insidi, alij alios in exitium quasi aliud agentes precipitarent, mutuis dolis irretirent, & falsis nonnunquam mendacijs onerarent*.

Thomas  
Hunt.

XXIX. *Holtus* igitur in Hispanijs ad laborum præmia euocatus est: Iisdem serè diebus *Thomas Hunt*, *Lindoniæ* in *Rutlandiæ* comitatu natus, post viginti annos in Superiori Germania varijs in muneribus collocatos, nostræ *Mulioni* est adiunctus. Vir antiquæ simplicitatis, & qui à teneris innocentiam imbiberat & pietatem tantam, vt cum puer Parentem vidisset exarsisse iracundiâ, & intemperanter quidpiam aut contumeliosè dixisse, multam noctis partem insomnem ducens, veritus nè Prens irâ non sedatâ de vita decederet surrexit, patrèque supplex rogavit vt irâ positâ rediret in gratiam quo securè posset vterque quietem capere. Post operam *Dilingæ*, *Oeniponti*, & *Ratisbonæ* collocatam in *Coadiutorum* formatorum ordinem coaptatus anno nonagesimo quarto, cum postliminio in *Insulam* transnauigauisset, quem odorem virtutis in Germania sparserat, eum quo se cunque conferret circumtulit. De seculi negotijs si quis accederet consulturus vtrò se fatebatur peregrinum, vt quæ sui non essent Instituti: atque cum quocunque demum versaretur sermonem de rebus diuinis inferebat, narrâs quidpiam ex *Sanctorum* hominum vitis aut disciplinis. Saltationem dicebat à diabolo iuentam esse in *Christi Domini* ludibrium: pueros tamen domo nobiles cum exercebantur docebat eum corporis motum referre ad *Christi* in *Cruce* pendentis, aut in *sacrâ Hostia* propositi decentem venerationem: frequenter habebat in ore *Ordinem* esse imitationem quandam cælestis habitationis: Id verò omne quod homini contingere posset in hac vita acerbum si *Christi* vulneribus intingeretur reddi iucundum; Diebus festis & *Dominicis* aliquid semper ad adstantium profectum curabat per quempiam legi, aut ipse ex *Euangelica* lectione decerptum proponebat, tam magna cum ingenuitate, vt præfatus se non sat esse eruditum vt ea de re differeret, eloquentiorem audientibus offerret, quempiam videlicet è *Sanctis Patribus*, aut ex *ijs* qui recentius in idipsum cum pietate scripsisset; quæ ratio licet quibusdam pareret tædium, alij tamen candore viri plurimû delectabantur, valuitque ad auctoritatè apud viros illustres conciliandam, quantam nemo alius facile obtineret. Hinc aliquando lusu plus nimio immeris non modò ludendi finem sed *elemosinam* ex lucro imperavit nullo repugnante; aliàs rixâ inter ludentes exortâ inter posuit se medium, & flexis humi genibus flagitabat nè iurgio ad aliorum offensionem continuato & sibi & alijs iniurij essent, parcerent verbis, & *Christi* exemplo



fti exemplo condonarent potius si quid dictum immoderatus factum ue esset; viciq; vni Sanctitas contentione in amplexus comutata. Reddenda verò mercedis horum duo quæ acciderunt incommoda videntur accelerasse. Abierat domo cum duce vie ad septem vel octo miliaria nostratia, peruaseratq; sibi quod ad reuertendum non esset ductore; itaq; solus cum esset, vel aberrauit, vel orandi studio noctem duxit in campis: quæsitus matutino tempore repertus est non longè ab adibus ad quas pridè peruenerat: famulo dolenter ferenti quod acciderat, respondit nullam sibi noctem iucundiorè vnquam suauiorè ue contigisse. Non multo deinde post tempore cum arma Catholicis adimerentur, vt remoueretur ipse è conspectu perquirentium concessit in vicinum hortum, sedentemq; in pergula ingens frigidusq; oppressit imber, quo frigore obriguisse dicitur, & paucis deinde diebus vitam cum meliore comutasse. In postrema hac ægritudine præter cæteras virtutes quas frequèntibus aspirationibus exercebat, ostendebatq; sibi esse familiares, sepe se de ingratitude erga Deum, sepe de exigua ad perfectionem obtinendam contentione accubabat. Tam magna autem Christum Dñm in Sacrosancta Eucharistia ueneratione colebat, vt viaticum nisi ieiunus non reciperet, & humi prostratus in genua, uentidem exclamans. *Maior reuerentia Maior reuerentia* Ad quinq; cochlearia iule uili quæ fuere vltis vltima hoc usus est condimento, vt primū fumeret in honore Passionis Christi Dñi: 2<sup>m</sup> in memoriã dolorum B<sup>m</sup>e Virginis: 3<sup>m</sup> offerret Angelis Futelariibus: 4<sup>m</sup> omnibus Sanctis: quintum in reuerentiã cultumq; quinq; Christi vulnerum. Tum postulans tradi sibi Litanias B<sup>m</sup>e Virginis quas solebat uiuens recitare pro cõsequenda vita sancta & felice morte, has tenens manu, & prout vocibus propè inter mortuis poterat pronuncians, animam suauiter efflauit 10. Feb. & Dominico die quo septimanæ die vt natus ita frequenter se dixerat moriturum, recipiendus haud dubè à Virgine, filioq; misericorditer remuneraturo presentandus. XXX. Sub id etiã tempus adscripti sunt in Soc. perutils operarij duo *Worthingtoni*, *Ioannes & Laurentius* fratres, nati Blensioyæ in prouincia Lancastrensi. *Ioannes* puer duodenis dñi transfretare pararet detectus multam molestiam passus est à Pseudopisc. & Præfectis illius regionis, qui modò blanditijs, modò minis & terroribus teneri pueri animam tentarunt abducere à veris ad nuper fictos adulteratosq; ritus: admiranda in tam tenella ætate constantia, & supra ætatem responsa apposita furorè hæreticis, Catholicis addebant firmitatem. Dolo tandem bono elapsus è manibus Rhemos primū cum fratribus duobus & patruo, tunc Augium profectus est ad *Perpioniam*, ipsūq; secutus in Hispanias & vsq; Romam iam Sacerdos Societati adiunctus est 27 Octobris Anni 98. Post annos 17 probationis, & vnum alterumue in Collegio Romano, missus Valisoleum Ministrifunctus est mure in Seminario, quo tempore quanquam turbatis Alumnorum animis mideri non poterat, tantam tamen suauitatem cum seueritate miscbat, vt quidquid faceret in optimam partem interpretarentur. Intemperie aeris & domesticis molestiis fractus anno quarto supra sexcentisimum migravit in Angliam. Vt Londinum tetigit confessim missus ad pauperem homuncionem quem metu lucelliq; cupiditate ead hæreticorum conuentus per ractum mors imminens recocabat, confessionis & vniõnis Sacramentis ægritudine pulsata erexit, & suo donauit

M m

vestitu.

Duo worthingtoni.

Ioannes.

Vide in concertatione prolixam historiam.